

DISSERTATIO ACADEMICA

SUPER DIALOGO PLATONIS,  
QUI PROTAGORAS INSCRIBITUR,

CUJUS PARTEM POSTERIOREM

CONS. FAC. PHILOS. IMP. ACAD. ABOENS.

PUBLICO EXAMINI OFFERUNT

*JOH. JAC. TENGSTRÖM,*  
*Philos. Magister, Bibliothecarius Vicarius,*

&

*CAROLUS HENRICUS STÅHLBERG,*  
*Stip. Public. Ostrobotnienses.*

In Auditorio Philos. die XII Junii MDCCCXXIV.

h. p. m. s.

---

A B O Æ, Typis FRENCKELLIANIS.

lum facere licuerit. Statuit ATHENÆUS primum V, 59 (p. 339), PROTAGORAM apud CALLIAM f) divertisse post mortem demum patris ejus HIPPONICI, quem Ol. 89, 1 g) in proelio apud Delium occubuisse constat. Unde illud resciverit, non significat. Nobis verisimile videtur, eum illud collegisse ex ipso hoc dialogo p. 315 D: ἦν δὲ ἐν εἰκήματι των, ὡς προτότην μὲν ὡς b) ταμείῳ ἐχέντο Ιππόνιος, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν παταλυόντων ὁ Καλλιας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας, ξένοις πατάλυσι πεποίκεν· unde vero illud nequam pro certo concludere licere videtur nobis, cum fieri

C

RÜHNKENII evulgata scholia exscripta sunt, legendum esse ait, citans simul BASTII *Commentationem Palæographicam*. Obiter etiam nobis observare liceat, quod virum eximium præterisse videtur, in Scholio, quod emendare aggressus est, ex ipsa laudata BASTII *Commentatione* (GREGORIO de *Dialectis*, quem novissime edidit SCHÄFER Lips. 1811, adjecta) p. 853, secundum eosdem codices legendum esse Κόππα (90). Quidquid fuerit, uterque numerus probabilis est, cum PROTAGORAM alii (PLATON. *Menon*, p. 91 E) 70, alii 90 annos natum mortuum esse tradant. Vid. DIOPENEM LAERT. IX, 56. Cf. SCHLEIERMACHER I. c. p. 221 extr. Nullam de cetero ad hunc Scholii illius agitati locum ledionis varietatem attulit BRÖNDSTED in G. G. BREDOVII *Epistolis Parisiensibus* (Lips. 1812).

f) De quo vid. BOECKHII *Staatshaushalt, der Athener* II. (Berol. 1817) p. 16 s.

g) Vid. SCHNEIDERI *Quæstiones de Convivio Xenophonteo*; Opp. XENOPH. T. V. p. 136, MAHNII supra cit. *Diatrībe* p. 70.

h) Hoc ὡς; quod etiam BEKKER in sua editione retinuit; delendum esse monetur in PERSONI & DOBREI Annot.

fieri potuerit, ut CALLIAS hac domo uteretur, etiamsi pater nondum mortuus esset, sive hic peregrinaretur, sive in demo Melite, ut deinde filius <sup>i)</sup> habitaret, sive aliquoquin eam filio donasset. Huic HIPPONICUM vivum adhuc pleraque bona sua detulisse, inde conjicere licuerit, quod alterum filium suum HERMOGENEM ad communionem eorum admisum non fuisse, sed post mortem patris in paupertate degisse, constet <sup>k).</sup> — Ait porro ATHENÆUS I. c., PROTAGORAM in fabula Κολακῶν nomine inscripta, quam Ol. 89, 3 docuit EUPOLIS, tanquam Athenis peregrinantem inductum fuisse, sed in AMIPSÆ fabula Conno, Ol. 89, 1 edita <sup>l)</sup>, inter Sophistas Athenis commorantes non nominatum fuisse, unde sequatur, PROTAGORAM intra Ol. 89, 1 & 3 Athenas advenisse, dialogumque cognominem, triduo, ut tradit PLATO, post adventum PROTAGORÆ habi-  
tum, ad idem tempus pertinere. Quæ conclusio fortasse iidem temeraria est? Nam apparet quidem, e nominata fabula EUPOLIDIS, in qua CALLIAS irridebat <sup>m)</sup>, colligen-  
dum fuisse, PROTAGORAM Ol. 89, 3 Athenis fuisse; sed,

an ex

ad Aristoph. Plut. 314 (*Commentariorum in Aristoph.* Vol. VII. P. 1. Lips. 1822, p. 94). Omiserat illud antea CASAUBONUS, eundem locum ad ATHENÆUM, *Animadu.* Tom. III. p. 237 SCHWEIGH., afferens.

<sup>i)</sup> Vid. Schol. ARISTOPH. Ran. 504. Cf. Schol. Av. 997.

<sup>k)</sup> Cf. SCHNEIDER I. c. p. 137 s., HEINDORF. ad PLATON. Cratylum p. 6.

<sup>l)</sup> Cf. HERMANNI Praefatio ARISTOPHANIS *Nubium*, Commentariorum, editioni ARISTOPHANIS Invernizzianæ adjectorum, Vol. II. p. 39.

<sup>m)</sup> Vid. Schol. ARISTOPH. Av. 286.

an ex AMIPSÆ fabula, eum Ol. 89, 1 illuc nondum accessisse, affirmandum fuerit, dubitari potest PROTAGORAM inter Sophistas Athenis commorantes prætermittere potuit AMIPSAS rationibus ductus, quas ATHENÆUS pariter ac nos ignoraverit. Hanc enim eam esse fabulam suspicari licet, in qua SOCRATEM ab AMIPSIA in scenam traductum esse, narrat, & cuius quatuor versus servavit DIOGENES LAERTIUS II, 28. Quod si itaque cum Sophistis generatim, cum inter eos SOCRATI in hac fabula irristerit AMIPSAS <sup>n)</sup>, argumentum illius ad partem certe idem fuit ac ARISTOPHANIS *Nubium*. Ex his vero, una cum illa ipsa fabula AMIPSÆ Ol. 89, 1 in certamen commisisse illique posthabitis, sed saltem non prius quam Ol. 89, 4 iterum editis, si quis, quia ibi v. 360 cum PRODICO non commoretur PROTAGORAS, hunc anno hocce Athenis nondum celebrem fuisse vel illuc nondum iterum accessisse collicheret, leviter certe argumentaretur. ATHENÆUM in hac quæstione tractanda temere arripiuisse, quæ ad PLATONEM carpendum pertinere viderentur, eo verisimilius est, cum alibi eundem reprehendat, quod in *Pbaedone* XENOPHONTEM, quem tamen eo tempore, quo sermo habitus esse fingitur, in Asia versatum esse constat, inter præsentes non commemoraverit <sup>o)</sup>. Ulterius affert ATHENÆUS, PHÆRECRATIS fabulam *oi* "Αγειοι inscriptam, quam anno ante-  
quam haberetur sermo actam fuisse, in hoc (p. 327 D) signi-

C 2

<sup>n)</sup> Cf. MENAGIUM ad DIOPENIS Laertii I. c.

<sup>o)</sup> Lib. XI, c. 112, T. IV p. 377 SCHWEIGH. Cf. Entwurf von Platon's Leben nebst Bemerkungen über Dessen schriftstellerischen und philosophischen Charakter: aus dem Engl. übers., mit Anmerkungen von MORGENTERN, p. 157 s. not., & LUZACII Lectiones Atticas (Lugduni Batavorum 1809) p. 106 s.

significatur, Ol. 89, 4 fuisse editam, unde sequatur sermonem Platonicum ad Ol. 90, 1 pertinere. Sed etiam illa fabula Ol. 89, 4 acta fuerit, facile tamen est ad credendum, eam superiori quodam anno, quem respiciat PLATO, primum prodiisse in scenam <sup>p)</sup>. Et cum multo verisimilius sit, ATHENÆUM inepte vel maligne in temporis, quo habitus fuerit sermo, rationem inquisivisile, quam PLATONEM eandem prorsus neglexisse, in rebus præsertim, quæ adeo recenti memoria gestæ fingebantur, nihil impedit videtur nobis, quominus dialogus non posterius Ol. 87, 1 habitus esse ponatur, post quem annum, bello Peloponnesiaco jam commoto, HIPPias Eleus, qui est inter colloquentes, non potuit Athenis tuto versari, nisi per annuas inducias illas Ol. 89, 1, ut PLATONIS carpendi causa observavit ATHENÆUS. Ad illud tempus, seu Ol. 87, 1, sermoni assignandum facit quoque, quod ALCIBIADES, qui, ut argumentis probabilibus ostendit LETRONNE (l. c. p. 679), Ol. 82, 1 natus est, περῶτον ὑπηνητὴς appellatur. Hinc quoque, si opus esset, posset explicari, quod GORGAS, qui Ol. 88, 2, Leontinæ legationis princeps, Athenas accessit <sup>q)</sup>, huic sermoni non adest. Potuit etiam AGATHON <sup>r)</sup>,

qui

p) De hac fabula cf. HEINRICHIS *Epimnides aus Kreta, eine kritisch historische Zusammenstellung*, Lips. 1801, p. 192 ss. (In ultima editione Scholiorum ARISTOPHANIS Lipsiensi legitur adhuc Eq. v. 772, Av. 858 "Αγοι pro Αγεοι"). Huc pertinere etiam ejusdem Viri Cel. *Demonstrationem loci Platonici e Protagora* (Kil. 1813) & *Commentationum miscellanearum Faseiculum primum*, quo publ. examinis solennitatem in Gymn. Gedanensi d. 4 Octob. (1822) indexit AUG. MEINEKE (Halæ), non nisi e relato referre nobis licet.

q) Vid. Diodor. Sicul. XII, 53 & RUHNKENII *Diss. de Antiphonte in Opusculis ejus*, Lugduni Batavorum 1807, p. 217 s.

r) De quo cf. VV. DD. ad ARISTOPH. *Ran.* 83 s. & BENTZ,

qui Ol. 90, 4 festo Lenaico tragicus vicerit, Ol. 87, 1 puer esse, ut vocatur in sermone p. 315 E. Quod vero PROTAGORAS cum SOCRATE tanquam cum juvene disputat, id ad superbiam illius exprimendam pertinere facile patet. Ille enim in exitu sermonis dicit, se eum jam antea admiratum esse, & coram aliis laudavisse; unde sequitur, PROTAGORÆ, antea Athenis peregrinanti, SOCRATEM jam tanquam sapientiæ studiosum innotuisse. Plures vero annos inter itinera PROTAGORÆ, quibus Athenas accessit, præterlapsos esse, e sermonis p. 310 E. colligere licet, ubi HIPPOCRATES juvenis, se, cum PROTAGORAS primum Athenis peregrinatus esset, adeo fuisse puerum significat, ut illum nec audierit nec viderit. Sed licuit tamen PROTAGORÆ, qui jam circa Ol. 84 celebris fuit <sup>s)</sup>, eoque fortasse tempore vel paullo post Athenas primum adierit, & qui in hoc sermone p. 317 C. omnium ceterorum præsentium patrem se, ætatis habita ratione, esse posse, diuque in arte sophistica versatum esse gloriatur (cf. p. 318 B, p. 320 C.), cum SOCRATE tanquam cum juvene disputare, cum hic eodem anno non plus quam tringinta octo annos habuerit <sup>t)</sup>.

Tempore, quo sermonem habitum esse voluerit PLATONI, sic, secundum ea, quæ nobis probabilia videbantur, constituto, partes hujusce strictim attingemus.

Inter adumbrationem festivissimam cupiditatis, quæ ad artem Sophistarum descendam fertur juvenis HIPPOCRATES, famaque & celebritatis, quam hi consecuti erant, simul vero arrogantiæ eorum superbiæque & avaritiæ, pri-

C 3

num

s) *Diss. de Epist. Eurip. in Opusculis Philologicis* ejus, quæ inscribuntur, Lipsiæ 1781 editis, p. 62 s.

t) Constat enim, eum Ol. 95, 1 septuaginta annos natum periisse;

mum Socrates artem, quam se docere profitebantur, tanquam valde ambiguam, in suspicionem vocat; deinde PROTAGORAS eandem laudat, ab antiquissimis inde poëtis arcessit, & a SOCRATE, quæ qualisque sit eadem, denuo anquirente, presius, in virtute civili docenda versari definit (p. 319 A).

Hic itaque, dum originem artis suæ celebrat, etiamsi, ut ipse mox, eam definiturus, ostendit, notionem ejus accuratam sibi nunquam antea formaverit, exemplum præbet, quam præpostere & ipse & Iodales sui disserant. Apponere libet locum e PLATONIS *Phædone*, quo universa cum PROTAGORÆ tum SOCRATIS argumentandi ratio illustratur. Sic ibi præcipit PLATO p. 101 D. (p. 196 f. HEIND., p. 72 WYTTEBACH.): εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐώντας ἀντὶ οὐκ ἀποκρίνασθαι ἔως ἂν τὰ αἱρέτης ὅρμηθεντα σκέψασθαι, εἴ τοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἡ διαφωνεῖ, ἐπειδὴ δὲ ἐκείνης αὐτῆς δέοντες διδόνει λόγον, ὥστα τῶν αὐτῶν διδοῖς ἀλλην αὐτὸν ὑπόθεσιν ὑπόθεμενος, ηὗτις τῶν ἀναθεν Βελτίση Φαινούσθαι, ἔως ἐπὶ τι ἴκανον ἔλθοις, ἀμφέ δὲ οὐκ ἀν Φύροιο ὀσπεροῦ οἱ αὐτιλογοιοὶ περὶ τε τῆς αἱρέτης διαλεγόμενος καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὠρμημένων, εἰπερ βούλοιο τι τῶν ὄντων εὐρεῖν; Ἐκείνοις μὲν γάρ ισως οὐδεὶς περὶ τούτου λόγος οὐδὲ φροντίς ίκανοι γάρ ὑπὸ σοφίας ὁμοῦ πάντα πυκῶντες ὅμως δύνασθαι αὐτοὶ αὐτοῖς αἱρέσκειν· σὺ δὲ εἰπερ εἴ τῶν φιλοσόφων, οἵματι, ἀν, ὡς ἔγωλέγω, ποιοῖς οὐ). Qui memorantur οἱ αὐτιλογοιοὶ, sunt Sophistæ in utramque partem disputantes x). Quod vero po-

etas

ii) Quem locum neminem eorum attigisse miramus, qui ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea* 1, 4, 5 commentarii sunt; ubi tamen in primis PLATONIS *Philebus* respici, dubio carere videtur nobis. Cf. STALLBAUMIUM l. c. p. LI ss.

x) Cf. WYTTEBACHIN annotationem ad *Phædonem* p. 269, & TENNEMANNI *Syst. d. plat. Philos.* II. pp. 219, 244.

etas tanquam artis sophisticæ auctores citat PROTAGORAS & hanc ad civilem prudentiam refert, ex iis, quæ supra breviter de origine & antiquioribus vicisitudinibus philosophia exposituimus, lucem accipiunt y).

Sophistas, ut in loco *Phædonis* allato notavit PLATO, principia consequentiasque confundentes, ulterius perstricturus Socrates, disquirit, an virtus, quam se docere professus erat PROTAGORAS, revera doceri possit; quod ipse, exempla varia e vita communi petita & opiniones vulgares proferens, in dubium vocat, PROTAGORAS vero narranda fabula de Prometheus & Epimetheus exemplisque & opinionibus allatis in suam sententiam interpretandis probare conatur.

Quæstio proposita, an virtus doceri possit, in scholis Sophistarum frequenter agitabatur z), & idcirco valde erat idonea, in qua tractanda perversa conturbataque eorumdem disserendi ratio exponeretur. Quare eam Socrates etiam in examen revocat in dialogo PLATONIS, qui *Menon* inscribitur aa): ubi *MENONEM* ad sententiam ei, quam ibidem paullo ante susceperebat, contrariam amplectendam, iisdem ex parte argumentis, quæ adversus PROTAGORAM allata sunt, ducit, postremoque virtutem afflatui seu beneficio deorum esse tribuendam concludit bb). Quam senten-

y) Cf. FR. SCHLEGEL I. c. p. 80.

z) Vid. TENNEMANNI *Syst. d. plat. Philos.* IV. p. 109, HEINDORFIUM ad PLAT. *Euthyd.* p. 311 & FR. KÖPPEN *Politik nach platonischen Grundsätzen* p. 75.

aa) MORGENSTERNII *Commentatione*, qua, quid Plato spectaverit in *Dialogo*, qui *Meno* inscribitur, componendo, disquiritur, nos carere, dolemus.

bb) Cf. TENNEMANNI I. c. IV. p. 110 ss.

sententiam PLATO ipse foverit, ex iis, quæ de ideis statuit, apparet. Adversus Sophistas, pariter ac SOCRATES, ursit, virtutem doceri non posse: illi enim stabili certaque notione ejus prorsus caruerunt, seque eam tanquam prudentiam quandam domesticam civilemque *cc)* in animos discipulorum extrinsecus infundere poste gloriati sunt. Secundum PLATONEM quæque honeste facta non possunt non ab actione rationis ipsius voluntaria proficisci, qua itaque excitanda excolendaque, seu mente ad cognitionem conscientiamque sui, ad idearum æternarum contemplationem revocanda, virtutem doceri posse statuit, nequaquam vero argumentationibus inanibus vel consuetudine, quali non nisi habitus quidam externus comparatur *dd)*. Vera itaque institutio philosophica, ut PLATO in primis in Libris VI. & VII. *de Rep.* explicuit, pendet ex arte, mentem ad ea, quæ ei ipsi insunt, dirigendi; quæ vero amplecti nemo possit, nisi qui genuino amore veri per se cognoscendi, seu instinctu quodam philosophico impellatur. Cujus cum prorsus expertes essent Sophistæ, & idcirco, quid sit docere, prorsus ignorarent, in eos invehens SOCRATES, an ea, quæ e thesi PROTAGORÆ consequantur, cum experientia congruant, disquirit. Hæsitationem simulanti subveniens PROTAGORAS fabulam narrat, ad quam accommodari potest, quod ait PROCLUS in PLATONIS *Timæum ee)*: *οἱ μὲν γὰς τῶν σοφῶν μῦθοι περὶ αἰδίων εἰσὶ πραγμάτων, οἱ δὲ τῶν παιδῶν περὶ ἐγχεόνων καὶ σμικρῶν καὶ οἱ μὲν νοερῶν ἔχουσι τὴν αἴσθησιν τῆς φύσεως, οἱ δὲ τῶν παιδῶν περὶ τοῦ πατέρος καὶ τοῦ πατρὸς αἰδίου τοῦ πατέρος τὴν αἴσθησιν τῆς φύσεως.*

*cc)* Vid. *Protagoram* p. 318 E s.

*dd)* "Αγει φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ· vid. PLAT. *Phædon.* p. 82 B (p. 113 HEIND., p. 42 WYTTEB.).

*ee)* Locum afferimus e CREUZERI *Symbolik und Mythologie* I. §. 71, p. 221.

ἀποκεκυμένην ἀλήθειαν, οἱ δὲ χαμαιπετῆ καὶ οὐδὲν ὑψηλὸν ἐνδεικνυμένην. Fabula enim PROTAGORÆ iis revera annumeranda est, quæ nil excelsi docent, dicique potest de ea, quod proverbii loco ad omnia, quæ frustra, quacunque de causa, dicebantur, adhibuerunt Græci: *οἱ μῦθοι απώλετο ff).* Digressioni lusæ ineptæ mythologicæ, a proposita oratione prorsus alienæ, qua eruditioñis & sagacitatis laudem aucupatur PROTAGORAS, subjicit observationes, quibus cum iis, quas paullo ante attulerat SOCRATES, comparatis, nihil aliud efficitur, quam decretis ejusmodi e rerum usu haustis in quæstionibus philosophicis disceptandis sententias sibi invicem contrarias defendi posse. Adhuc pro suo disserendi more PROTAGORAS orationibus perpetuis usus est, quibus vero rem ipsam disceptandam in medio relinquì jam patet. Urget itaque SOCRATES, ut breviter interrogando & respondendo sermo continuetur.

Quo impetrato quærit SOCRATES, utrum virtus una sit, an multiplex. Pertinet hæc quæstio, ut SCHLEIERMACHER p. 233 observavit, ad disquisitionem magis universalem, a PLATONE postea alibi institutam, de generum & formarum ratione, quam, quia aptiora vocabula nondum inventa erant, expressit per formulam illa ætate decantatam *ἐν καὶ πολλά, ab aliis alio sensu usurpatam gg).* Sophistas, eadem ad captiunculas de rebus e partibus compositis abutentes, carpere videtur SOCRATES argumentationibus suis primis adversus PROTAGORAM virtutem unam esse probaturis. Quid vero secundum PLATONEM de observationibus, quas SOCRATI opponere facit PROTAGORAM,

D judi-

*ff)* Cf. *Schol. in Plat.* pp. 22, 40, 198, HEINDORF. ad PLATONIS *Theætet.* p. 357 s., STALLBAUM. ad *Phileb.* p. 17.

*gg)* Cf. STALLBAUM. I. c. p. XLIX s.

judicandum sit, patet e dialogo ejus, qui *Sophista* inscribitur, p. 259 D: τὸ δὲ ταῦτὸν ἔτερον αἴποφαινεῖν ἀμηγέπη καὶ τὸ δροιον αὐτόμοιον, καὶ χαίρειν οὕτω τάναγτις αἱ προφέρονται ἐν τοῖς λόγοις, οὔτε τις ἐλεγχος οὗτος αἰληθινὸς ἄρτι τε τῶν οὗτων τίνος ἐφαπτομένου δῆλος νεογενῆς ὁν. — — Καὶ γὰρ, ὡς γαθὲ, τὸ γε πᾶν απὸ παντὸς ἐπιχειρεῖν αἴποχωρίζειν ἀλλως τε οὐκ ἐμμελὲς καὶ δὴ καὶ παντάπασιν αἱμούσου τίνος καὶ ἀφιλοσόφου. Quidquid fuerit, per suscepitam disserendi rationem Socraticam, PROTAGORÆ idea summa virtutis, qua species ejus variæ contineantur, prorsus carere, jam apparuit, simulque, etiam si nulla accurata veritas inventa est seu propter Sophistæ angustum humileque concertationis studium inveniri potuit, illam disputandi rationem multum praestare patuit orationibus perpetuis, quibus Sophista exstayerat.

Sed res ipsa, quæ dirimenda erat, mox ab oculis longius removetur, PROTAGORÆ, postquam interrogandi partentes sibi delatae erant, in carmen quoddam SIMONIDIS commentatione.

Qua PLATONEM Sophistarum ineptum poemata excutiendi morem *bb)* taxare voluisse, haud obscure indicant verba

*bb)* Eundem ludibrio habere videtur SOCRATES etiam in *Gorgia* p. 451 E, ubi, utrum SIMONIDIS, an EPICHARMI sint verba, quæ afferuntur, incertum esse dicitur in Scholio p. 103 RUHNK., quod primus protulerat illustraveratque KOENIUS ad GREGORIUM de *Dialectis* p. 336 SCHAEFERI. Adtribuitur quidem SIMONIDI ejusdem fere sententiae dictum in ARISTOTELIS *Rhetor.* 2, 16; at verisimilius fortasse est tamen, Scolian, de quo in Scholio laudato agitur, inter ista Συβάρια ἐπιφεγματα referendum esse, quæ EPICHARMUM servavisse tradit Scholiasta ARISTOPH. Pac. 344.

verba PROTAGORÆ p. 338 E f.: ἀνδρὶ παιδείας μέγισον μέρος εἶναι, περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι ἔστι δὲ τοῦτο, τὰ ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεγόμενα σίοντ' εἶναι ξυνιέναι ἢ τε ὁρῶς πεποιηται καὶ ἢ μή. Cf. p. 347 C & quæ supra p. 3 f. breviter memoravimus. Quid vero de PITTA CO, quem adversus SIMONIDEM defendit PROTAGORAS, & de ceteris sapientiæ nomine antiquitus celebratis revera fenserint Sophistæ, significat PLATONIS *Hippias Major* p. 281 D, E, ubi eos, quoniam communia & privata simul mente complecti non posse*ii)*, a rebus civilibus tractandis sese abstinuisse & idcirco præse sodalibusque suis parvi faciendo esse, contendens HIPPias subjicit: εἴωθα μέντοι γε ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προτέρους ἡμῶν προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς νῦν, εὐλαβουμένους μὲν φθόνον τὸν ζῶνταν, φοβουμένους δὲ μῆναν τῶν τετελευτηκότων. Unde explicandum esse conjici possit, quod PROTAGORAS PITTA CO defendat adversus SIMONIDEM, e quo retuso eo majorem laudem scilicet reportaturus esset, quoniam poëtæ hujuscce sententias multis modis celebraret antiquitas *kk)*. Ad cavillandum Protagoram, qui nihil esse, sed omnia, quæ esse falso dicantur, non nisi nasci, docuit *ll)*, pertinere videtur argumentum, a discrimine inter τὸ γενέσθαι & τὸ εἶναι petitum, quo utitur SOCRATES p. 340 B, C: itidem *mm)*, quod vetustissimam omnium Cretensem & Laconicam philosophiam esse ait SOCRATES p. 342 A; quo simul famam jocose respici conjicere for-

tasæ  
D 2

*ii)* Sed cf. DE GEER l. c. p. III.

*kk)* Vid. SCHNEIDERI *Præf. XENOPH. Hieron., Operum Xenoph. T. V.* p. 222 s.

*ll)* Vid. PLATONIS *Theatet.* p. 152 D.

*mm)* Ut observavit BOECKHUS in *Platonis Minoem* p. 27.

tasfe liceat, qua a dolosa & vulpina mente male audiebant Athenis Lacedæmonii *nn*), ubique Cretenses, tanquam semper mendaces (*α&σι ψευσται οο*). Quod ad nominatas nationes attinet, ironia Socratis clare elucet comparato *Hippia Majore* p. 283 B s. *pp*). — Cavillationem quandam itidem continere videtur, quod in *τούς ἐν ταῖς πόλεσι λακαρίζοντας* obiter invehitur Socrates p. 342 B. Ut enim hi virtutem Lacedæmoniorum corporis exercitiis exæquare voluerunt, sic Sophistæ sapientiæ laudem argutiis futilibus quæsiverunt *qq*). — Ad hos lacerandos spectare quoque videtur nobis, quod ait Socrates p. 343 C, SIMONIDEM sapientiæ laudem appetentem PITTOCO adversatum esse; PROTAGORAM enim eadem mente adversus SIMONID M disputare, facile patet. — Reprehensionem quandam libri a PROTAGORA compositi, qui 'Αληθεία inscribatur *rr*), in iis inesse, quæ de bonis & vere bonis non distinguendis distinxit Socrates p. 343 D, E, conjici potest e PLATONIS *Theæteto* p. 161 C, D, E, ubi idem liber memoratur.

Hanc super carmine SIMONIDIS controversiam, quantumvis a proposito aliena esse videatur, cum antecedente disputatione connectit Socrates, sententiam poëtæ, neminem

*nn*) Vid. *Schol. ARISTOPH. Pac.* 1066 & BERGLERI annot. ad h. v.

*oo*) Cf. HEINRICHII supra jam citatus *Epimenides aus Kreta* p. 30 s.

*pp*) Cf. DZ GEER I. c. p. 114, CEL. WALLENII *Diss. de Eloquentia Laconica* (Abm 1823) p. 2 *ss*.

*qq*) Ad hunc locum dialogi cf. WINCKELMANNI *Geschichte der Kunst*, II (ed. HENR. MEYER & JOH. SCHULZE, Dresdæ), 1811, p. 213.

*rr*) Vid. *Schol. in Platonem* p. 21.

nem semper bonum esse posse, de iis tantummodo valeare statuens, qui boni facti sint, seu boni esse didicerint, quoniam ceteri rectam viam nunquam ingressi, non possint ab ea aberrantes dici, bonusque nemo fieri possit, nisi discendo *ss*).

Interrogandi partes jam ad SOCRATEM redeunt, qui quæstionem, an virtus sit una tantum, denuo excitat, & hanc scientia boni seu jucundi contineri probat, unde postremo colligit, eam pendere ex arithmeticæ quadam voluptatis computandæ dimetiendæque disciplina, & idcirco doceri posse *tt*). Quid PLATO ferio de scientia boni, tanquam summa virtutis, senserit, ex iis eruitur, quæ supra de idearum doctrina breviter commemorata sunt, unde etiam appareat, e simulatione cavillationeque profici, quod summum bonum jucundo contineri statuit.

Quænam scientiæ sint genera, & quam dignitatem singularis tribuere oporteat, exponitur in *Philebo* p. 55 s. ; cuius sane ancipitis loci commentationem brevem heic, ob cognitionem quandam materiæ, subjicere liceat. — Disputationis Platonicæ initium fit a commemoratione

D 3

*ss*) Contra decretum PLATONIS, in primis in libro IX. *de Lega*. expositum, neminem sua sponte & consulto, sed unumquemque non nisi inscius & imprudentem improbum esse posse, cuius sensus genuinus ex idearum doctrina petendus est, disputat ARISTOTELES in *Ethic. Nicom.* III, 5, qui vero ibi, ut saepius, præceptoris sui sententias non sollerter exprimit parumque amice invadit. Cf. LUZACII supra jam laudatas *Lectiones Atticas* p. 111 s.

*tt*) Sine dubio itaque etiam hunc sermonem respexit ARISTOTELES, decretum Socratis Platonici, e quo omnes virtutes non nisi partes sint unius prudentiæ & ab ea proficiuntur, reprehendens. Cf. ZELLUM ad *Ethica Nicomachea* VI, 13, 3.

*τῆς περὶ τὰ μαθήματα ἐπισήμης*: qua quid significatum voluerit PLATO, explicandum esse videtur e *Gorgia* p. 454 D, ubi ἡ μάθησις propositam sibi habere statuitur scientiam veri *uu*). Sed ut, quomodo illa scientia absoluta dispescenda sit, appareat, regreditur PLATO primum ad artes, quae præsertim exercitatione & usu discuntur, quas omnes *Χειροτεχνικάς* appellat *xx*). Quarum ea, quæ scientiæ genuinæ magis participes sunt, ut ex. c. *Architectura, τεχνικῶτεραι* haberi debent *yy*): ceteræ inferiorem quendam classem efficiunt. Sed artes omnes *Χειροτεχνικάς* dignitate longe superant & ab illis segregandas sunt *ai ηγεμονικαί* (unde potiores illarum pendent), *Arithmetica nem.*

*uu*) A qua discernendæ sunt *ai πολλαὶ ἐπισήμαι*, eodem fere sensu sumendæ ac *ai πολλαὶ τέχναι* *Philebi* p. 58 extr.

*xx*) Eas saepius exempli loco commemorat, ubi viam, qua argumentum quoddam philosophicum persequendum sit, anquirit. Vid locum *Gorgiae* citatum, *Protagoram* p. 311 C, e. s. p. Particula autem *δῆ*, in loco *Philebi*, ubi artes istas *Χειροτεχνικάς* primum commemorat, obvia, initio argumentationis non raro ponitur.

*yy*) Quod ad classem inferiorem artium *Χειροτεχνικῶν* referuntur Musica, Ars Medica, Agricultura, Ars Imperatoria, tanquam nihil certi, nihil fixi in se continentes, mirum nobis non videtur, recordantibus, *GORGIA* in dialogo PLATONIS cognomine p. 450 B distinguere inter artes, quarum scientia ad *Χειρουργίας* τε καὶ τοιαύτας πρᾶξεis spectat, & eas, quarum πάσσα ἡ πρᾶξις καὶ ἡ κύρωσις διὰ λόγων ἐστι, & *SOCRATEM* mox ad priorem classem referre picturam, statuariam cet. Cf. PLATONIS *Theætet.* p. 176 C, HEINDORF, ad hunc locum dialogi ejusdem p. 401 s., *Scholia in Dionysii Thracis Grammaticam* in BEKKERI *Anecdota Græcis*, Vol. II. (Berol. 1816) p. 655.

nempe, Geometria & Statica, quæ tamen, pariter ac illæ; bifariam dividi poslunt: etenim harum singulæ duplē continent disciplinam, superiorem seu philosophicam, & inferiorē seu vulgarem. Ex inferioribus hisce ea pars scientiæ primariæ efficitur, quam PLATO appellat *τὸ δημιουργικόν* superiores ad eruditionem & vitæ cultum (*παιδεῖαν καὶ τροφὴν* spectant *zz*), ad quod genus in primis tamen pertinet ea disciplina, quæ quod per se verum est, quod æternum ac sibi semper constans contemplatur. Sic explicari posse putamus hunc PLATONIS de scientiæ distributione locum *a*); cui si Excursu nostro lux, quantulacunque sit, affulserit, erit, de quo nobis in sinu gratulabimur.

*zz*) Cf. DE GEER I. c. p. 166 ss.

*a*) Eum, etiamsi sine dubio male a librariis habitus est, non ita tamen corruptum mutilatumque esse putamus, ac suspicatur ultimus *Philebi* Platonici editor doctissimus. Ejusdem loci illustrandi causa subjecere libet aliis jam commemoratae divisionis Platonicæ σχῆμα, quod exhibent OLYMPIODORI supra citata Commentaria in *Gorgiam*:

